

Lucr. I 265-297

Nunc age, res **quoniam docui** non posse creari 265  
 de nilo neque item genitas ad nil revocari,  
**ne qua forte tamen coeptes** diffidere dictis,  
 quod nequeunt oculis rerum primordia cerni,  
**accipe praeterea** quae corpora tute necessest  
**confiteare** esse in rebus nec posse videri. 270  
**Principio** venti vis verberat incita corpus  
 ingentisque ruit navis et nubila differt,  
 interdum rapido percurrens turbine campos  
 arboribus magnis sternit montisque supremos  
 silvifragis vexat flabris: ita perfurit acri 275  
 cum fremitu saevitque minaci murmure ventus.  
**Sunt igitur venti nimirum** corpora caeca  
 quae mare, quae terras, quae denique nubila caeli  
 verrunt ac subito vexantia turbine raptant,  
**nec ratione** fluunt **alia** stragemque propagant 280  
 et cum mollis aquae fertur natura repente  
 flumine abundanti, quam largis imbribus auget  
 montibus ex altis magnus decursus aquai  
 fragmina coniciens silvarum arbustaque tota,  
 nec validi possunt pontes venientis aquai 285  
 vim subitam tolerare: ita magno turbidus imbri  
 molibus incurrit validis cum viribus amnis.  
 Dat sonitu magno stragem volvitque sub undis  
 grandia saxa ruit qua quidquid fluctibus obstat.  
**Sic igitur** debent venti quoque flamina ferri, 290  
 quae **veluti** validum cum flumen procubuere  
 quamlibet in partem, trudunt res ante ruuntque  
 impetibus crebris, interdum vertice torto  
 corripunt rapidique rotanti turbine portant.  
**Quare etiam atque etiam** sunt venti corpora caeca, 295  
**quandoquidem** factis et moribus aemula magnis  
 annibus inveniuntur, aperto corpore qui sunt.

Nunc age, res quoniam docui non posse creari  
de nilo neque item genitas ad nil revocari,  
ne qua forte tamen coeptes diffidere dictis,  
quod nequeunt oculis rerum primordia cerni,  
accipe praeterea quae corpora tute necessest  
confiteare esse in rebus nec posse videri.

Principio venti vis verberat incita corpus  
ingentisque ruit navis et nubila differt,  
interdum rapido percurrens turbine campos  
arboribus magnis sternit montisque supremos  
silvifragis vexat flabris: ita perfurit acri  
cum fremitu saevitque minaci murmure ventus.  
Sunt igitur venti nimirum corpora caeca  
quae mare, quae terras, quae denique nubila caeli  
verrunt ac subito vexantia turbine raptant,

**nec ratione** fluunt **alia** stragemque propagant  
et cum mollis aquae fertur natura repente  
flumine abundanti, quam largis imbribus auget  
montibus ex altis magnus decursus aquai  
fragmina coniciens silvarum arbustaque tota,  
nec validi possunt pontes venientis aquai  
vim subitam tolerare: ita magno turbidus imbri  
molibus incurrit validis cum viribus amnis.  
Dat sonitu magno stragem volvitque sub undis  
grandia saxa ruit qua quidquid fluctibus obstat.

Sic igitur debent venti quoque flamina ferri,

quae **veluti** validum cum flumen procubuere  
quamlibet in partem, trudunt res ante ruuntque  
impetibus crebris, interdum vertice torto  
corripiunt rapidique rotanti turbine portant.

Quare etiam atque etiam sunt venti corpora caeca,  
quandoquidem factis et moribus aemula magnis  
amnis inveniuntur, aperto corpore qui sunt.

Principio **venti vis** verberat incita corpus  
ingentisque ruit nav**is** et nubila differt,  
interdum rapido percurrens turbine campos  
arboribus magnis sternit montisque supremos  
silvifragis vexat flabris: ita perfurit acri 275  
cum fremitu saevitque minaci murmure **ventus**.  
Sunt igitur **venti** nimirum corpora caeca  
quae mare, quae terras, quae denique nubila caeli  
**verrunt** ac subito **vexantia** turbine raptant,  
**nec ratione** fluunt **alia** stragemque propagant 280  
et cum mollis aquae fertur natura repente  
flumine abundanti, quam largis imbribus auget  
montibus ex altis magnus decursus aquai  
fragmina coniciens silvarum arbustaque tota,  
nec **validi** possunt pontes **venientis** aquai 285  
**vim** subitam tolerare: ita magno turbidus imbri  
molibus incurrit **validis** cum **viribus** amnis.  
Dat sonitu magno stragem **volvit**que sub undis  
grandia saxa ruit qua quidquid **fluctibus** obstat.  
Sic igitur debent **venti** quoque **flamina** **ferri**, 290  
quae **veluti** validum cum **flumen** procubuere  
quamlibet in partem, trudunt res ante ruuntque  
impetibus crebris, interdum **vertice** torto  
corripiunt rapidique rotanti turbine portant.

Qua propter, quamvis causando multa moreris,  
esse in rebus inane tamen fateare necessest.  
multaque praeterea tibi possum commemorando 400  
argumenta fidem dictis conradere nostris.  
verum **animo** satis haec vestigia parva **sagaci**  
sunt, per quae possis cognoscere cetera tute.

namque canes **ut** montivagae persaepe ferai  
naribus inveniunt intectas fronde quietes, 405  
cum semel institerunt vestigia certa viai,

sic alid ex alio per te tute ipse videre  
talibus in rebus poteris caecasque latebras  
insinuare omnis et verum protrahere inde.  
quod si pigraris paulumve recesseris ab re, 410  
hoc tibi de plano possum promittere, Memmi:  
usque adeo largos haustus e fontibus magnis  
lingua meo suavis diti de pectore fundet,  
ut verear ne tarda prius per membra senectus  
serpat et in nobis vitae claustra resolvat, 415  
quam tibi de quavis una re versibus omnis  
argumentorum sit copia missa per auris.

## Cic. *de orat.* III 153

Inusitata sunt prisca fere ac vetustate ab usu cotidiani sermonis iam diu intermissa, quae sunt poetarum licentiae liberiora quam nostrae; sed tamen raro habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem. Neque enim illud fugerim dicere, ut Caelius «qua tempestate Poenus in Italiam venit», nec «prolem» aut «subolem» aut «effari» aut «nuncupare» aut, ut tu soles, Catule, «non rebar» aut «opinabar»; aut alia multa, quibus loco positis grandior atque antiquior oratio saepe videri solet.